

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Eilhard Lubin David Reutz

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae. Ex P. Mornaei, De Eadem Libro : Secunda, De Deo Uno**

Rostochii: Reusnerus, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756640792>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.  
Lubinus, Eich.  
Disp. de veritate relig.  
christianae 1-24.  
1602:03.  
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De venturo religione christiana I	
②	Dav. Reoxilius, De ver. rel. chr. II	1601
③	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. III	1601
④	Joh. Speculum, De ver. rel. chr. IV	1601
⑤	Abr. Dantrot, De ver. rel. chr. V	1601
⑥	Th. Frisius, De ver. rel. chr. VI	1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII	1601
⑧	Boc. Regius, De ver. rel. chr. VIII	1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. IX	1601
⑩	Joh. Waterham, De ver. rel. chr. X	1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XI	1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XII	1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XIII	1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr. XIV	1602
15	Dav. Reoxilius, De ver. rel. chr. XV	1602
16	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. XVI	1602
17	Th. Frisius, De ver. rel. chr. XVII	1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XVIII	1602
19	Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX	1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX	1602
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI	1602
22	Joh. Waterham, De ver. rel. chr. XXII	1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XXIII	1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XXIV	1602

2.

# Disputationum DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

EX P. MORNÆI, DE  
EADEM LIBRO,

Secunda,  
DE DEO VNO,

*Quam*  
DEO DVCE ET AVSPICE  
PRAE SIDE  
EILHARDO LVBINO.


*In alma Rosarum Academia defen-*  
*dere conabitur*

DAVID REVZIVS, Rostochiensis.

*Hora & loco consueto.*



ROSTOCHII  
Apud Christophorum Reusnerum.  
Anno M. D: CL.



**ZYN OEO,**  
**Disputatio Secunda ,**  
**DE DEO VNO.**

I.

**D**isputatione primâ invictis rationibus demonstratum est Deum aliquem esse. Proximum est ut eundem unum & unicum esse demonstremus.

II.

Notandum autem, quod quidquid Deum esse demonstrat, idem etiam demonstret eundem unum esse.

III.

Principio omnia mundana temporalia quæ ab æterno non fuerunt, ex nihilo in esse per infinitam quandam virtutem producta sit, quæ prorsus una ut sit, necesse est.

IV.

Deinde miranda rerum in Mundo subordinatio, proportio, concatenatio, admirabilis in mundo ex diversis & contrarijs concordia, necessario ab Uno est.

V.

Primus etiam mundi & omnium mundi partium

A 2 motor

motor immobilis & immutabilis prorsus est unus.

V I.

Omnia in mundo & hominis corpore, ad unum respiciunt, salutem scilicet totius. Ergo & unus ejus opifex.

V II.

Stirpium & animalium multiplex varietas ab uno est principio cuius unus opifex. Eorundem etiam uniformis perfectio unum opus absolvens, unum etiam opificem indiget.

VIII.

Anima etiam licet varias actiones edat, intimè una est, ejusq; radij artes & scientiæ ad unū tendunt, quæ propterea ab unâ animâ sunt, cuius unus opifex.

IX.

Denique cum quo quæque res melior eo magis una, & Divinitas omnium rerum optima & maxima sit, ea ob id summa & unica una erit unitas.

X.

Qui ex diversitate rerum plures Deos statuunt, eisque unum quendam summum præponunt, Vani & ridiculi sunt.

XI.

Ab uno enim plura & diversa producuntur, non contra.

XII.

Ab uno enim semine tanta diversitas in plantis animalibus, corpore hominis. Ab unâ animâ tam multiplices tam variæ actiones eduntur.

Sicut-

### XIII.

Si etiam diversi Diij, diversarum rerum opifices ab uno summo sunt, summus ille omnes illas minorum Deorum facultates habuit, & ob id ipse unus omnia illa potuit: & quia natura non per plura facit quæ compendiosius fieri possunt, omnia etiam ipse unus fecit, etiam nostra opinione tam vilia, quam sublimia, cui vile & sublime nihil est.

### XIV.

Qui ex rerum contrarietate duos contrarios Deos, unum Bonum alterum Malum statuerunt, infaniores & vaniores adhuc sunt.

### XV.

Quia enim ex contrarijs in mundo concordiam videmus, necesse est illos duos Deos cōgi à superiori.

### XVI.

Deinde omnia quæ mala censemur, nox, hiems, frigus, herba venenata, animal noxiū, per se suaq; natura bona sunt, & bene utenti prosunt.

### XVII.

Mala autem sunt & nocent tantum per accidens vel ob ignorantiam non recte utenti, vel per malitiam abutenti: Quā ratione etiam illa, quæ ipsi bona censem, qualia etiam sunt, mala esse & noce-re possunt.

### XVIII.

Denique cum nihil factum sit sine causa, factum autem sit propter finem, & finis omnis bonus sit, Sequitur, quia quæ sunt omnia producta sunt,

& propter utilitatem & finem bonum producta,  
quod etiam utilia & bona sint omnia, nihilque sit  
inutile, licet nos usum rerum plurium ignoremus.

### XIX.

Iam Corruptio & Mors rerum, quæ propriæ  
Mala & Malum est, cum non sit res, non effectus,  
non essentia quædam, principium etiam & caussam  
essendi efficientem non habet.

### XX.

Est enim malum, vel corruptio rerum non genera-  
ratio rei, sed destructio, non effectus sed defectus,  
non actio sed passio, non essentia aut vita, sed es-  
sentiæ privatio & mors.

### XXI.

Cumque ex qualitate effecti qualitatem caussæ  
indagemus, Malum quia est non effectus sed defectus,  
erit etiam ipsius defectus caussa non efficiens,  
sed deficiens, & rei nihili caussa, ipsum Nihil. Quæ  
caussa cum non agat, sed patiatur, nihil aliud est,  
quam materia illa prima purè passiva, cuius vesti-  
gia in omnibus ex nihilo creatis relicta cum sint, o-  
mnia creata per se rursus perire possunt, eoque à  
creatore suo discernuntur.

### XXII.

Vnde consequitur unum opus & corpus esse  
universi, omnia ejus membra toti esse utilia & bo-  
na, & ob id unum omnium bonorum Principium  
Bonum esse.

### XXIII.

Idem ferè omnes Philosophi vetustissimi & re-  
centes,

centes, Hermes, Pythagoras, Plato, Iamblichus,  
Proclus, Simplicius, Porphyrius, Plotinus, Aristoteles,  
Theophrastus, Alexander Aphrodisæus, Zeno,  
Cleanthes, Epicetus, Seneca, Cicero, Plutarchus,  
Varro, &c. de uno Deo senserunt, & confessi sunt.

#### X XIV.

Nec minus Poëtæ vetustissimi & recentes Orpheus, Phocylides, Homerus, Sophocles, Euripides, Aratus, Ovidius, Virgilius. &c.

#### X XV.

Quin etiam omnes gentes & populi in hoc ipso naturaliter consenserunt, qui quamvis multos Deos passim coluerint & colant, in rebus arduis, maximisque malis & periculis unum Deum naturâ duce implorant, & ingeminant.

#### X XVI.

Denique ipsa etiam Ethnicorum Oracula, quibus hostes veritatis Dei & hominum ipsi Diaboli præfecti erant, de Deo interrogata, quamvis invita & reluctantia, unitatem Dei agnoscere & fateri coguntur.

#### X XVII.

Ex quibus omnibus, ut priori disputatione concludebatur, D E V M aliquem esse, alioqui nihil prorsus esse, hoc loco cum Zenone promptum est concludere.: D E V M unum esse, alioqui ne illum quidem. Cui uni & soli D E O sit laus & gloria.

#### A X I O-

## AXIOMATA ET CO- ROLLARIA.


1. Natura & Deus an unum sint.
2. Quod quis per alium facit, per se fecisse censetur.
3. Vnius operis unus opifex.
4. Deo nihil vile aut sublime.
5. Nulla creatura est inutilis.
6. Dei cogitationes sunt actiones.
7. Creatura relata ad Deum Nihil, ad nihil aliquid est.
8. Principium tantum unum est, nihil ergo ante se habet.
9. Compositum non est propriè unum.
10. Primorum contrariorum unum est, alterum non est.
11. Bonum & malum in nullo genere, nec in Ente convenientunt.
12. Bona & Mala non propriè sunt contraria, ut reliqua.
13. Contraria propriè dicta sunt sub genere Entis, & utrumque.
14. Bonum malo prius est. (bonum est.)
15. Ens & Bonum & Utile convertuntur.
16. Nihil, Malum & Inutile, convertuntur.
17. Materia idem quod Nihil.
18. Quicquid est sine Materiâ, eternum est.
19. Quicquid ex Materiâ est, vel à se non est, ex & per se
20. Malum non est agens, sed patiens. (corruptibile est.)
21. Malum Nihil potest facere, nam à Nihilo nihil fit.
22. Deus nihil facit frustra.
23. Omne Ens à Deo, non Ens à Nihilo.
24. Quidnam Parmenides velit, Omnia unum esse dicens.
25. Ut unius corporis una anima, Ita unius Mundi unus Deus.

F I N I S.

AD IXA







ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-  
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus  
nt, ad constellationem referunt, quâ mundum  
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-  
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum  
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,  
imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ  
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere  
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-  
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-  
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias  
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ  
ex fio) prius inter se insulsi & insani convenient, an-  
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis  
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,  
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-  
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones  
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius  
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-  
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-  
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso  
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-  
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-  
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-  
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-  
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo  
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica  
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-